



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatus Et Episcoporum
Basileensium Origo Ac Series**

Sudan, Claudius

Brvntrvti, 1658

67. Melchior à Liechtenfels.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

Anno
Christi
1554.

MELCHIOR

a Liechtenfels.

Basileensis Episcopus.

LXVII.

Administratores nomen cum Episcopatus cura à Canonicis primùm inditum Melchiori à Liechtenfels, pallium fuit aliquamdiu subditis, quo illi obtekti sacramentum dicere recusarent, nollentque parere alteri, quàm Principi, & Episcopo Basileensi, Domino suo legitimo. Bielenfes in rem suam intenti, urbis maiorum, (præcipuam apud ipsos dignitatem & ab Episcopo conferri solitam, quocum Maioratu Senatus fidem mutuam jurat) & Præfecturam Ergue, aliquod aureorum millibus sibi oppignorari flagitant; quod ubi concessum fuerit, subiectionis iuramentò in manus Admi-

Administratoris se aliis mox prætu-
ros. Callidum id Bielenfium con-
filium malè habuit Basileenses, qui
illud cum pactis & conventionibus
initis pugnare affirmarent. Cano-
nici respondent, onerata pignore lo-
ca evolutò annò, exhibitò levanda
pretiò, atque, ne in scirpo nodus
quæreretur diutiùs, Melchiorē Epi-
scopi titulo 1554. consalutant: Is sol-
licitus rei nummaria, quanamue ra-
tione Canonorum fidem & de-
vincta accepto pignore loca libera-
ret, præter decimum nummum tri-
butarium subditis impositum, alia
quæpiam exigit. Irritati præ ceteris
tredecim Maioratus Vallis Dele-
montanæ, ut propulsarent expediti-
ùs quidquid contra maiorum suo-
rum veterem consuetudinem, ten-
taretur, jus Civitatis levi opera Basi-
læ impetrant, firmiter sibi adversus
Episcopi exactiones propugnaculū.

Anno
Chr. stii
1554.

A a 3

Ba-

Anno
Christi
1554.

Basileensis Magistratus, quod jure Civitatis rogati donâset vicinos, compositis excusant verbis per Legatos Bruntrutum missos ad Episcopum: eo scilicet, minimè factum animo, ut à sui Principis dominatu avocaretur hic montium valliū, que tractus, cavisse solum delinitione opportunā, ne in alienam maximo cum Episcopi detrimento transissent potestatem. Incolæ montis Liberi, ut fortunā cum Delspergen- sibus accolis haberēt parem, eorum excitati successu, audacter nummi decimi relaxationem postulant, quā negatā, idem Basileæ quærunt & inveniunt perfugium, jus Civitatis, jurejurando, uti priores fecerant, fidei in ipsos suæ præstito.

Post breve temporis spatium, Basileenses, pecuniā Episcopo mutuō data ad eximendum Bielsensem maioratum necessariā, eorum quæ
cum

cum Vallis Delspergensis & Liberimontis incolis egerant, ab Episcopo confirmationem exprimunt, ita jus omne dura extundit necessitas, & manus jungit vel maximè dissidentium.

Anno 1562. In Comitibus Francofurtensibus Ferdinandus Imperator sibi Imperij adiutorem & successorem, probatum Electoribus nominat Maximilianum filium. Inde lustratis Rheni urbibus Basileam ascendit, ubi magnificè exceptus civēs plura adhuc postulantes, spē magnarum concessionum plenos dimittit, veteribus bullæ aureæ privilegiis urbi confirmatis, tum Oeniponti 24. Iunij, eiusdem anni 1563. mortali relicto ad cœleste regnum, transit.

Anno 1575. Colmaria, ne populus hæreticæ concionis aviditate, ut novitates plerumque rapiunt ani-

Aa 4 mos

Anno
Christi
1575.

mos, Harburgum & in ipsam VVirtembergici excurreret ditionem, quod frustra antè vetuerat Magistratus, repetitis mulctæ pecuniariæ comminationibus, decrevit, Patrum Franciscanorum sacram ædem, Synagogæ Novatorum attribuere, & præconis publici voce proclamata libertas per quatuordecim tribus, eo loco posthac concionem Acatholicam frequentandi. Mutationem hanc ingemiscendam fertur, potissimum induxisse rudis penitus sacerdotum Catholicorum ignorantia, qui ipsi pugnancia sæpe, absurda, & ridicula effutirent, & veluti turpi foedatam luto gemmam religionis pretiosissimam contemptui prostituerent. Ad hæc, primores urbis, luc, quâ non pauci laborabant, facile reliquos infecerunt.

Neverò penitus labefierent Colmanæ Catholici ritus, populum, ut potuit

potuit, ferventissimè, à desertione
fidei avitæ dehortatus est, per suos *Anno
Christi*
Princeps. Post eam deniq; concio-
nem, à Prædicante habitam Colma-
riæ, die sequenti vitæ periodum ab-
solvit Bruntruti Melchior Episco-
pus, ubi & tumulo mandatus est in
Ecclesia S. Petri ante principem arā,
anno Christi 1575. 16. Maij.

IACOBVS CHRI-
STOPHORVS BLARER *1575.*
à VVartenfee.

Basileensis Episcopus.
LXVIII.

BLarorum Episcopum nostra jam
propiùs brevis aspicit Synopsis,
quem si Restauratorem Basileensis
Episcopatus & nutantis in Diœcesi
fidei fulcimentum dicamus, nihil
supra meritorum magnitudinem in
medium afferetur. Quam sanè partæ

A a 5 laudis